B

592

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis hominibus de Castro Montis sancti Fir
man dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam ui
gor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur
effectum. Eapropter dilecti in domino filii uestris supplicationibus inclinati possessiones et tenutas
quas uos et predecessores uestri asseritis a tempore cuius non extat memoria quiete ac libere pos
sedisse sicut ea iuste et pacifice possidetis auctoritate uobis apostolica confirmamus et presentis scripti patro
cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et
confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indi
gnationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat Perusii V kl Decembris Pontificatus nostri Anno Nono

Che la Comm.tà possa ritenere tutti li Bodeni, quantunq. non ci siano Instromenti. Innoc.° IV.

N.° ~~4~~° 3

1251